

[I p 3]

76 77

aliarum uirtutum (48-49) MUNITI QUO ASPIRARE id est accedere
 78 FAS NON SIT STULTICIE GRASSANTI id est stultis grassantibus
 id est conantibus et est emphatica locucio.

[I m 4]

1 2 3 4

QUISQUIS COMPOSITO metrum quartum quod dicitur Faleucium
 ab inuentore siue frequentore. Constat autem ex spondeo dactilo
 et tribus trocheis; recipit tamen in ultimo spondeum propter
 indifferenciam ultime sillabe. Postquam docuit Philosophia
 quod persecucio improborum non est timenda, hic docet quomodo
 homo se debet habere ad hoc quod persecucio improborum non
 preualeat in ipsum. Et circa hoc duo facit. Primo enim hoc
 docet in generali et sub quibusdam similitudinibus; secundo
 in speciali et per proprietatem ibi⁴ (11) QUID TANTUM. Circa
 primum considerandum quod persecucionem improborum designat
 triplici proprietate, scilicet per rabiem maris per eructacionem
 ignis cuiusdam montis et per ictum fulminis. Huius autem racio
 est quod improbi inueniuntur in triplici genere secundum triplex

76 aspirare RPO -ari J / 77 accedere RPO accidere J /
 78 stulticie RPO subtile J /
 1 faleucium O / 2 ex om. O /
 3 secundo RPO om. J / 4 ibi RPO om. JO /

[I m 4]

5

genus peccati quod mundum occupat secundum illud Ioannis
 in epistula prima, capitulo secundo: ²₅ omne ⁶ quod in
 mundo est est concupiscentia carnis
 et concupiscentia oculorum et
 superbia uite. ⁶ Improborum ergo alii sunt luxuriosi,
 quorum persecucio de signatur per rabiem maris. Sicut enim
 mare ⁷ pre estu tumescit et post recidendo fetet, sic luxuriosi
 primo per delectacionem tumescunt contra Deum sed post recedente
 delectacione sibi ipsis displicendo fetent. Alii uero sunt
 auari quorum persecucio designatur per eructuationem ignis de
 monte. Sicut enim mons iste ignem nutrit quo frequenter
¹⁰ rumpitur ac paulatim consumitur, sic auari sollicitudine qua
 concupiscentiam suam nutriendi consumuntur et corrumpuntur. Alii
 sunt superbi quorum persecucio designatur ¹¹ per ictum fulminis.

at v. 15

5 illud io.1.i^aca^a2^o c^o R illud puta Ioannis P p^ajo.c^o 2^o Pe
 illud jo.ca.i^a.c.2. J illud jo.c(a eras.)s.c.2 M illud i^ajo.2. D
 illud Jo. ca.i^a.c.2. Q / 6 omne quod in mundo . . . superbie
 uite 0 idem sed est² om. R omne quod est in mundo est concupiscentia
 carnis concupiscentia oculorum superbia uite P omne quod in mundo
 est aut(in mg.) est concupiscentia carnis aut superbia oculorum
 aut superbia uite J / 7 pre om. Q / 8 restdendo Q /
 9 residente Q / 10 paulatim RP pallatim J paulatini Q /
 11 designantur J /

[I m 4]

Sicut enim fulmen in alto generatur, sic persecucio superborum ab alto prouenit quia superbia in alto generatur. Item omnis persecucio uidetur creari precipue ex triplici uicio, scilicet ex inuidia, propter quam nititur homo bonum alterius diminuere et signatur per rabiem maris que sua alluuiione terram uicinam diminuit uel ex ^{12.} ira, que habet furiosos impetus et ideo designatur per erucionem ignis de monte Veseuo uel ex superbia que designatur per ictum fulminis propter causam supra dictam. ^{14.} Item omnis angustia illata ex persecuzione uel est ex comminacione sermonis que designatur per rabiem maris propter tumultum sonitus eius uel ex lesionе corporis que designatur per erucionem ignis que sua accione loca uicina ledit uel ex ablacione possessionum ¹⁵ que designatur per percusionem turrium altarum. Homines enim mundani per hoc quod abundant diuiciis reputant se altos et potentes ad modum turris, quibus ablatis eorum altitudo deicitur. Dicit ergo Philosophia sic (1) QUISQUIS id est quicumque SERENUS id est clarus uirtute COMPOSITO EVO id est ordinata uita (2) AGIT id est dicit FATUM id est disposicionem temporalium SUPERBUM id est illam disposicionem de qua superbiunt homines SUB PEDIBUS ¹⁷ ^{18.} contempnendo scilicet temporalia (3) QUE pro et TUENS id est

12 ex ira que R propter iram que P om. o / 13 montem o / 14 continuacione o/
 15 possessionis o / 16 percussionem J / 17 quibus o / 18 pedibus J /
 19 pro et et o /

[I m 4]

respiciens ipse existens RECTUS FORTUNAM UTRAMQUE scilicet
 prosperam et aduersam (4) POTUIT TENERE VULTUM scilicet animi
 INVICTUM ut scilicet per spem non inclinaretur ad fortunam
 prosperam et per timorem non declinet ab aduersa sed per
 inflexibilitatem animi maneat rectus contra utramque (5) ILLUM
 scilicet sic dispositum non mouebit RABIES MINEQUE PONTI id est
 maris id est persecucio luxuriosorum uel inuidie uel que
 consistit in comminacione sermonis ut dictum est MARIS dico
 AGITANTIS id est commouentis (6) FUNDITUS id est a fundo ESTUM
 id est ebullitionem VERSUM in tali enim ebullitione uertitur
 aqua per fluxum et refluxum, circa cuius intellectum considerandum
 est quod quamuis omnes stelle habeant uirtutem in mouendo corpora
 inferiora tamen sol habet specialiter uirtutem mouendi calida
 et propter magnitudinem eius corporis et propter multitudinem
 luminis cuius est calefacere. Luna uero specialiter habet
 uirtutem mouendi humida tum ex natura propria tum ex propinquitate
 eius et ex passibilitate corporum humidorum. Sed est intelligendum
 quod, cum luna ex uirtute propria habeat mouere humidum, ex
 uirtute tamen luminis a sole recepti cuius est calefacere habet
 ipsum mouere disgregando et rarefaciendo per caliditatem cuius

20 rius o /21 inuidie RP(o) inuidis J /22 continuacione o /23 est om.J /24 est om. o /25 specialiter habet o /26 habeat RP ht' ohabet J /

[I m 4]

27

signum est quod augmentato lumine lune quoad nos augmentantur
humida sicut medulle et cerebrum in animalibus; decrescente
autem minuuntur et in eclipsi omnia sicciora inueniuntur.

28

Maris autem non est aqua simplex sed habet partes multas
exalacionis calide et sicce immixtas que sunt causa salsedinis
eius et ita luna habet efficaciam in mouendo mare per
subtiliacionem huius exalacionum. Est eciam ulterius considerandum
quod omnis stella tanto uirtuosius mouet quanto directiori radio
respicit illud quod mouet. Luna igitur ascendens a puncto
orientis super emisperium nostrum propter obliquitatem radiorum
debiliter incipit mouere et quia ascendendo magis diriguntur
radii forcios et forcios mouet subtiliando et disgregando quounque
perueniat ad medium celi. Talis autem subtiliatio facit tumorem
in mari et cogit aquam per modum cuiusdam ebullitionis effluere
sicut appetet in olla bulliente. Quando autem est in medio
celi uirtute radiorum non tantum subtiliat exalacionem uerum
eciam segregat, cuius signum est uentus sequens et fetor. Per
segregacionem autem paulatinam talis exalacionis incipit mare
30 recidere quounque luna peruerterit ad punctum occidentis. Deinde
iterum incipit fluere propter iteratam subtiliacionem quam facit
luna non per direccionem radiorum rectorum, cum tunc non sit in
emisperio nostro, sed per direccionem radiorum reflexorum a

27 augmentando C / 28 mare C / 29 subtilacio C /

30 residere C /

[I m 4]

31

corporibus celestibus et ideo ista secunda ebullicio maris est debilior quam prima; unde cum luna peruererit ad medium celi sub emisperio nostro non segregat exalacionem subtiliatam propter debilitatem radiorum reflexorum sed solum agit subtiliando adhuc quousque radii magis obliquantur ³² ; ³³ et sic exalacio nature sue derelicta ingrossatur et residet mare. Quia ergo luna omni die naturali semel attingit medium celi in emisperio nostro et punctum ei oppositum qui est medium celi in alio emisperio qui eciam uocatur angulus terre, inde est quia bis in die naturali est fluxus maris et refluxus. Sequitur in littera (7) NEC IPSUM scilicet sic dispositum (10) MOVEBIT VESEVUS qui est mons flammiuomus qui aliquando ardet ita quod non uidetur flamma sed fumus exit et non nocet, aliquando ruptis caminis exiens flamma comburit loca uicina et hoc est quod dicit HIC VAGUS quia incertis locis flamma erumpit QUOCIENS TORQUET FUMIFICOS IGNES RUPTIS CAMINIS id est cauernis in quibus nutritur ignis: per hanc erupcionem ignis significatur persecucio auarorum uel que causatur ³⁴ ex ira uel que ledit in corpore ut dictum est (9) AUT supple non mouebit talem VIA FULMINIS id est persecucio superborum uel ex superbia uel que consistit in ablacione

 31 ebullicio RP0 ebullio I / 32 obliquantur PO obliquuntur R
 obliquit' I / 33 et om. O / 34 causatur... quod om. O/

[I m 4]

possessionis ut dictum est (10) FULMINIS dico ARDENTIS (9)
 SOLITI FERIRE ALTAS TURRES. Nota quod fulmen generatur ex
 exalacione sicca infra nubem a qua extruditur per compressionem
 frigoris ad modum quo lapillus extruditur per compressionem
 digitorum. Talis autem extrusio semper non fit directe uersus
 terram sed ut frequenter ad latus, unde frequenter in alto
 obliquando a terra fertur ictus fulminis et ideo per ictus
 fulminis frequenter leduntur turres alte cuiusmodo sunt turres
 ecclesiarum quarum ima edificia non leduntur. Deinde cum dicit
 (11) QUID TANTUM docet quomodo se habere debet homo ad hoc quod
 persecucio in ipsum non preualeat in speciali. Et circa hoc duo
 facit. Primo enim ostendit qualis debet esse in quem non
 preualeat, secundo qualis est in quem preualet ibi (15) AT
 QUISQUIS. Circa primum considerandum quod uis potestatis
 terrene ad nichil se extendit nisi ad largicionem bonorum
 temporalium et priuacionem eorundem et ideo sub potestate terrena
 nullus redigitur nisi qui sperat talia bona uel timet eorum
 priuacionem. Qui autem neutro modo affectus est omnino est supra
 terrenam potestatem et ideo talis terrena potestas nec poterit

R P A M O

35 fieri te o / 35 turres id est altos et potentes homines o / 37 non c /
 38 extruditur R P A M O exuditur P excluditur D extrahitur J / 39 lapillus R P O lapillus
 J / 40 extruditur R P O extrahitur J / 41 non fit semper o / 42 quando c /
 43 et quisquis R P O et si quis J / 44 est om. o / 45 tali o /

[I m 4]

bene facere nec nocere, propter quod dicit inuehendo contra
 illos tamquam miseros qui spe bonorum temporalium uel timore
⁴⁶ priuacionis eorum subiciunt se terrenis potestatibus QUID id
 est ad quid MISERI propter miseriam affectionis qua se
 subiciunt (12) MIRANTUR TANTUM TYRANNOS SEVOS quasi diceret non
⁴⁸ deberent eos mirari tamquam potentes quia non sunt potentes de se
 sed ex hoc quod alii se eis subiciunt unde subdit FURENTES SINE
⁵⁰ VIRIBUS (13) NEC SPERES ALIQUID scilicet de bonis temporalibus
 NEC EXTIMECAS scilicet de malis temporalibus (14) EXARMAVERIS
⁵¹ IRAM scilicet quia per alium modum non habet unde se de te
⁵¹₅₂ vindicet IMPOTENTIS quia respectu tui iam factus est impotens
 quia non habet potestatem nisi in eos qui se gratis subiciunt.
 Deinde cum dicit (15) AT QUISQUIS docet qualis est in quem
⁵³ persecucio preualet dicens AT pro sed QUISQUIS TREPIDUS scilicet
 existens PAVET VEL OPTAT id est afficitur timore uel spe bonorum
 uel malorum temporalium (16) QUOD pro quia NON SIT STABILIS
⁵⁴ SUIQUE IURIS id est potestatis (17) ABIECIT CLIPEUM scilicet
 inflexibilitatem fortitudinis contra utramque fortunam MOTUSQUE

46 priuacionis eorum RP priuacionis JO / 47 miserii J /

48 debent O / 49 quis non sunt potentes om. O / 50 spes C sperat J spes
RP /

51 unde . . . vindicet om. C / 52 impotentis ^{is} quia respectu tui iam
factus est impotens JPOU impotentis iram quia ideo factus est impotens R /
53 dicens RP om. JO / 54 iure J /

[I m 4]

55

LOCO id est stabilitate sua (18) NECTIT CATHENAM scilicet ex motibus affecionum QUA VALEAT TRAHI scilicet ad tristiciam et dolorem mentis. Nota^{56;} quod aliqui libri habent in secundo uersu huius metri, ubi lectum est AGIT, EGIT et male quia, cum ultima sillaba eius quod dico PEDIBUS producatur per pentimemerim⁵⁷ quia est inicium tertii pedis et prima huius quod dico EGIT sit naturaliter longa, oporteret quod tertius pes esset spondeus quod est contra legem huius metri, quia non recipit spondeum nisi in primo et ultimo. Item in sexto uersu ubi lectum est AGITANTIS quidam libri habent EXAGITANTIS et male quia secundum hoc erit tertius pes dactilus contra legem huius metri quia non recipit dactilum nisi in pede secundo.

[I p 4]

SENTISNE, INQUIT, HEC ? prosa quarta. Postquam Philosophia inquisiuit modum infirmitatis Boecii ex quibusdam signis, hic inquirit idem ex reuelacione pacientis. Et circa hoc duo facit. Primo enim ad modum morbi reuelandum ponitur philosophica exhortacio. Secundo subiungitur ipsius Boecii reuelacio ibi

56 nota quod aliqui libri PPeO nota quod libri M nota quid libri JD sciendum quod quidam libri R / 57 pentimenerim J 58 tertii RPO secundi J /

55 a stabili
tat p
10